



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

72. F. Fernandez Sinens. obitus & virtutes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

ros exponerent, quorum post Deum potentia, Christiana res nitens erat. Verum enim vero nostra Pechini apud Regem, & Colai Scin causa, longe alia erat quam Nanchini, Deo eius vices sic in oppositum mutante, ut redactus in ordinem Colaus ignominiosè aula pelleretur; duo è nostris palam in eam redirent iteratis accitis literis, & domus veteris possessionem repererent.

Ac tyrannum quidem Colaum Scin sua vnius flagitia euerterunt, nec Regis tutela præpotens qua in gratiam Eunuchorum, supremos ab eo Mandarinos defenderat, aliud protulit, nisi vt maiori cum infamia caderet. Ad centum ( aiebat Doctor Paulus ) in eum libelli tam atroces ab iis in regiam penetrarunt, vt in cunctas latè Provincias ( qui aula vslis est ) per veredatos transmissi, immanissimæ belluæ vulgarent decessibilia scelera, eumque publicis odiis, & execrationi exponerent post quæ Rex eius abrogationem, nec ultro differe valuit, nec ipse regressum ad priuatos lates; priuatisque Hancei sua in patria iaccuit. Et hic demum alter ex residuis Colais, summa denuo potitus regendi potestate, Longobardum virgere ad matutandum in aulam redditum, cuius illi auëtor sèpius fuerat, de quo erit anno proximo videndum. Hoc autem æui vigesimo altero, sub medium Iulij fortunatè in Sinas subierant è nostris quatuor, Manuel Diaz senior, stationes nostrorum ex officio inspecturus; alij operam ministeriis solitis daturi, Ioannes Adamus Scial. Rodericus Figueiredus, & domesticus adiutor Melchior Riberus, quorum aduentu inopinato vt iucundissime affecti sunt fideles, ita non multo post F. Sebastiani Fernandez obitu grauiter doluere. Erat is ortu & nomine Sinensis, cognomento & Lusitania adscito; iterum Riccio fidus comes; laborum socius & Apostolici muneric quod pro suo gradu constanter impieuit, in arduo illo & palmati negotio fundandæ inter Sinas Christianitatis, in quo haud scio plus sudoris, an sanguinis fuderit. Ad hoc illum Deus ingenti animo, bonitate ingenij, virtute à pueri innocentissima donarat, & alienæ salutis appetentissima, cuius studio ardens, interpretem Riccio & seruum se dedit, quamvis alioqui honesto loco natus; vt pia illa, & humili annorum aliquot opera promeretur aditum in societatem, quem superioris seculi anno primo & nonagesimo Ianuariis Calendis obtinuit. Non retexo ætumnas inter quas fortiter in gradu virtutis generosæ semper immobilis durauit; non contumelias, vincula, & plaga Hancei, Licini, & vtraque in urbem Regia; demum seruile extra murum maiorem exilium, & prope Tataris in prædam, & quo tamen affertus pretio, evasit, sed à crucifixu pedum & manuum nequaquam, nec ab illa flagitorum cruenta, repetitaque sèpè laceratione quam sibi fore lethalem dum putat, mortemque operitur, dedit è carcere literas ad amicos, quæ vbiunque perfectæ sunt multo igne cœlesti animos inflammarunt, nec ambiguo deinceps inditio coniiciendum reliquerunt, si Sinenses edacentur, Apo-

71.  
Tyrannum  
Scin sua fla-  
gitia euer-  
tunt.

72.  
F. Fernandez  
Sinens. obi-  
tus & virtu-  
tes.

stolicæ virtutis nihilo segnius , quām Europæos , apicem prensare ac prehendere , illa enim ferendis pro Christo suppeditis magnitudo animi gestiens , abundè loquebatur , eius epistolas non sola verborum speciosa magnificentia tumere . Catechistem agebat perpetuo , & patrum quas poterat obibat vices , dum cogerentur latitate , & peregrinam patriam si foras prodissent , sola oris diuersi specie fareri . Senio iam grauis , dabat operam docendis feminis , & baptismō lustrandi , quam virtutis eius secura fiducia Sinenses habebant gratissimam , temetps. hac in re suspicacissimi . Contemptor ad hæc sui , & proculeor eximus Fernandez nihil respuit quantumvis famulare & abiecere ; laboriosa , & molestiis ardua ylro suum ministerium detulit ; Macau fœpius simulato habitu adiuit , ad referendum nostris , vietus anni commeatum , neque id sine capitali , etiam vitæ discriminé , & semistribus interdùm in ritu , & reditu ærumnis , in quibus solus , nec atrium metuens , comunitissimus Deo semper fuit , quo iubente , & comite , illa conficiebat itinera , velut ( quod ipse dictabat ) loca sancta lustraret peregrinus . Annis fractus , ex quibus duos & tringa in solierate duris habuit rebus ærumnos , nullum tamen iis quæsivit uamentum ; paupertati vestium & vietus nihil addi poterat , multum penitus ipsius spontaneis detrahi ; quod ynum ferè erga illum , Rectores ipsius habebat sollicitos . Nobis tandem fidelem Dei , & Euangelij Ministrum annus abstulit ætatis supra sexagesimum quintus , neque his constat , nec admodum interest , Nanchini vel Hancei .

Claudat annum hunc 1622. hunc tentata in casum à Bataui Macaum , (posita quidem extra Simas , ad eos tamen utcumque attinet) & generosa nostrorum opera in eius propugnatione . Mensis Iunij octauo decimo cœpere tredecim Batauorum naues circa Macaum volvit ; alia quatuor è regione arcis aliquantò priùs in anchoris steterant ; exspectabantur ex molucis præterea sex , instruēta valido armata , sed eorum pertæsi longas moras , & de aduentu iam dubij , pugnam decernunt in diem prævium festo S. Ioannis præcursoris . Mati , vt olim descripsimus , tria Macai cinguntur latera , & propugnaculis totidem munitione tormentorum copiosa egregiè tutis : quod sensit illicet gravi sua cum clade hostis hereticus . Nam aggressus toto ingentium nauium , æneo fulmine , propugnaculum quatere quod debilius videbatur , tulit inde tam clarum & decretorium responsum ut eo nauium altera aperto latere , totum hauriret mare , & aquarum depressa pondere sorberetur . Proniorem ergo putauit expugnationem , qua laus insulam respicit ; nongentos in terram , vrbe procul exponit catapaltarios cum tormentis duobus , gradiuürque ad impressionem , seu magis ad arcem capiendam quod certo statim futurum crediderat cum nau excedisset ; transuerlo enim præsidio , viam sibi ad urbem parans , non plus uno diffitam milliari , præsidarij sibi consulere , seque intra muros statione deserta recipere , quod arte factum non potuit melius quam

73<sup>a</sup>  
Bataui frust.  
Macaum im  
pugnaat.